



PRÆFATIO.



OST exactam vitæ nostræ partem fere maximam Romæ in iis Congregationibus , ubi gravissima Religionis , & Ecclesiasticæ disciplinæ negotia tractari solent ; ut primum honore Cardinalatus per tel. rec. Benedictum XIII. licet immarentes , insigniti suimus , cum regendam accepissimus Anconitanam Ecclesiam , & inde mox ad Bononiensem Metropolim , natale solum , traducti essemus , animadvertere jam tum cœpimus , ignorari passim , aut certe non satis notas esse multas ex Apostolicis Constitutionibus , quibus Ecclesiæ instituta gravissima continentur : decreta autem , & responsa Congregationum , aut nesciri penitus , aut non recte intelligi , plura sinistris interpretationibus in sequiorem partem accipi , atque corrumpi : quæ demum ali ante nos Antis̄itites in Diœcesanis Syncesis bene , sapienterque constituerant , ea vigere parum , negli-